<sup>24</sup> Por. *Gli Atti di Pilato*, w: M. ERBETTA, *Gli Apocrifi del Nuovo Testamento...*, vol. I/2, 239-287; M. STAROWIEYSKI, *Apokryfy Nowego Testamentu...*, 668-671; 653-664; 684-689.



cie lombardzkim od opowiadania pojawiającego się w pierwszej części rozdziału 115 *Złotej legendy*. Pomimo że to samo opowiadanie zostaje przytoczone przez obydwa dokumenty, należy podkreślić znaczną różnicę: o ile *Legenda aurea* kończy się epizodem opowiadającym o przybyciu do Jerozolimy św. Tomasza Apostoła, dokument ambroziański, z powodu braku ostatnich kart, kończy się na zmartwychwstaniu Maryi.

Kolejne różnice dotyczą poszczególnych słów oraz niektórych wyrażeń, pojawiających się w Ms. *ambros. L 58. Sup.*, natomiast nieznanych w wariantach tekstualnych *Legenda aurea*, znanym dzięki edycji krytycznej dzieła<sup>25</sup>. Powyższe różnice zdają się potwierdzać naszą hipotezę: manuskrypt ambroziański, pomimo że zawiera to samo opowiadanie asumpcjonistyczne, nie zależy od *Złotej legendy*, lecz od innego źródła, które pozostaje dla nas nieznanne.

Zestawienie z łacińską literaturą apokryficzną pozwala stwierdzić, że opowiadanie przekazane przez obydwa dokumenty (*Legenda aurea* i Ms. *ambros. L. 58 Sup.*) różni się od sześciu dotąd znanych łacińskich *Transitus Mariae: Dormitio Pseudo-Jana*<sup>26</sup>, *Transitus Pseudo-Melitona z Sardes*<sup>27</sup>, *Transitus „A”*<sup>28</sup>, *Transitus „W”*<sup>29</sup>, *Transitus „C”*<sup>30</sup>, *Transitus Pseudo-Józefa z Arymatei*<sup>31</sup>.

Pojawia się kolejne pytanie: gdzie sytuuje się opowiadanie asumpcjonistyczne, przekazane nam przez *Legenda aurea* oraz przez manuskrypt lombardzki?

Według A. Wengera, część pierwsza rozdziału 115 *Złotej legendy* jest apokryfem powiązaniem z *Transitus Pseudo-Melitona z Sardes*, aczkolwiek różnym od niego, ponieważ przypisuje autorstwo opowiadania Janowi<sup>32</sup>.

Badania M. Haibach-Reinisch nad manuskryptami zawierającymi *Transitus Pseudo-Melitona z Sardes* umożliwiły wyróżnienie nowego

<sup>25</sup> Różnice zostały podkreślone w obydwóch tekstach.

<sup>26</sup> Por. A. WILMART, *L'ancien récit latin de l'Assomption*, w: *Analecta Reginensia. Extraits des manuscrits latins de la reine Christine conservés au Vatican*, Città del Vaticano 1933, 357-362; S.C. MIMOUNI, *Dormition et Assomption de Marie. Histoire des traditions anciennes*, Paris 1995, 261-264.

<sup>27</sup> Wersja B1: C. VON TISCHENDORF, *Apocalypses apocryphae...*, 124-136; wersja B2: M. HAIBACH-REINISCH, *Ein neuer „Transitus Mariae” des Pseudo-Melito. Textkritische Ausgabe und Darlegung der Bedeutung dieser Ursprünglicheren Fassung für Apokryphenforschung und lateinische und deutsche Dichtung des Mittelalters*, Romae 1962, 63-87.

<sup>28</sup> A. WENGER, *L'Assomption de la T.S. Vierge...*, 245-246.

<sup>29</sup> A. WILMART, *L'ancien récit latin de l'Assomption...*, 323-357.

<sup>30</sup> B. CAPELLE, *Vestigis grecs et latins d'un antique «Transitus» de la Vierge*, „*Analecta Bollandiana*” 67(1949) 36-48.

<sup>31</sup> C. VON TISCHENDORF, *Apocalypses apocryphae...*, 113-123.

<sup>32</sup> A. WENGER, *L'Assomption de la T.S. Vierge...*, 183-184.

wariantu tegoż apokryfu, określonego sygłem B2<sup>33</sup>. Niemiecka uczona ustosunkowała się również do opowiadania asumpcjonistycznego przekazanego nam przez *Legenda aurea*. Dostrzeżone podobieństwa pozwoliły jej na postawienie hipotezy twierdzącej, że opowiadanie to byłoby wariantem *Transitus Mariae Pseudo-Melitona B2*. Przyjrzyjmy się dwóm opowiadaniom asumpcjonistycznym.

*De Assumptione Beatae Virginis Marie*, w: JACOPO DE VORAGINE, *Legenda aurea*, Firenze 1998, vol. II, pp. 779-786.

(p. 779) „Assumptio virginis Marie qualiter facta sit ex quodam libello apocrypho qui Iohanni evangeliste ascribitur edocetur. Apostolis namque ob predicationis gratiam diversas mundi subeuntibus regiones, virgo beata in domo iuxta montem Syon posita dicitur remansisse omniaque loca filii sui, scilicet locum baptismi, ieiunii, passionis, sepulture, resurrectionis et ascensionis quoad vixit devotione sedula visitabat. Et, secundum quod ait Epiphanius, XXIV annis post ascensionem filii sui supervixit. Refert ergo quod beata virgo quando Christum concepit erat annorum XIV et in XV ipsum peperit et mansit cum eo annis XXXIII et post mortem Christi supervixit annis XXIV et secundum hoc quando obiit erat annorum LXXII. Probabilius tamen videtur quod alibi legitur, ut XII annis filio supervixerit et sic sexagenaria sit assumpta, cum apostoli totidem annis predicaverint in Iudea et circa partes illas, sicut ecclesiastica tradit hystoria.

*Transitus Mariae dello Pseudo-Melitone B2*, w: M. Haibach-Reinisch, *Ein nueuer <Transitus Mariae des Pseudo-Melito>*, Romae 1962, pp. 63-87.

<sup>33</sup> M. HAIBACH-REINISCH, *Ein neuer „Transitus Mariae“ des Pseudo-Melito...*

<p>Die igitur quadam dum in filii desiderium cor (p. 780) virginis vehementer accenditur, estuans animus commovetur et in exteriorem lacrimarum abundantiam excitatur; cumque ad tempus subtracti filii equanimiter non ferret subtracta solacia, angelus cum multo lumine eidem astitit et reverenter utpote sui matrem domini salutavit: <u>&lt;Ave, inquit, benedicta, suscipiens benedictionem illius qui mandavit salutem Iacob.&gt;</u></p>	<p>Cap. 2 (p. 66) “Secundo igitur anno postquam Dominus caeli alta conscendit, die quadam desiderio eius succensa, lacrimari sola in domus illius receptaculo coepit. Et ecce angelus magni luminis habitu splendens ante eam astitit et salutationis verba persolvit dicens : <u>&lt;Ave, benedicta a Domino, suscipiens illius salutem qui mandavit salutem Iacob per prophetas suos.&gt;</u></p>
<p><u>Ecce autem ramum palme de paradiso ad te dominam attuli, quem ante feretrum portare iubebis cum die tertia de corpore assumeris; nam filius tuus te matrem reverendam expectat&gt;.</u></p>	<p><u>Ecce, inquit, ramum palmae de paradiso Dei attuli tibi; quem portare facies ante (p. 67) feretrum tuum, cum in die tertio fueris assumpta de corpore. Ecce enim expectat te Filius tuus cum thronis et angelis et universis virtutibus caeli&gt;.</u></p>
<p>Cui Maria respondit: &lt;Si inveni gratiam in oculis tuis obsecro ut nomen tuum mihi revelare digneris, sed hoc peto instantius, ut filii et fratres mei apostoli ad me pariter congregentur ut eos antequam moriar corporalibus oculis videam et ab eis sepeliri valeam et ipsis presentibus spiritum deo reddam.</p>	<p>Tunc Maria dixit ad angelum : &lt;Peto ut congregentur ad me omnes apostoli Domini mei Jesu Christi et videam eos corporalibus oculis et illis praesentibus emittam spiritum&gt;.</p>
	<p>Ait ad illam angelus: &lt;Ecce hodie omnes apostoli per virtutem Domini assumpti huc venient. Facillimum est enim omnipotenti Deo, sub evangelici temporis gratia, veterana iterare miracula et Novi Testamenti ministros repente in unum colligere, cui facillimum fuit, temporibus Veteris Testamenti, prophetam manu angeli de Judea in Babilonem</p>

	per cincinnum capitis subito cum prandio transportare>.
Hoc iterum peto et obsecro, ut anima mea de corpore exiens nullum spiritum teterrimum videat nullaque mihi Sathane potestas occurrat>.	Ait autem Maria ad angelum : <Peto ut mittas super me benedictionem tuam, ut nulla potestas Satanae vel inferni occurrat mihi, et ne videam tetros spiritus obviantes mihi>.
Cui angelus: <Cur scire desideras, domina, nomen meum, quod admirabile est et magnum?	(p. 68) Cui ait angelus : <Benedictionem aeternam dedit tibi Dominus Deus tuus, cuius ego sum servus et nuntius ; non videndi autem principem tenebrarum, non a me tibi dandum putes effectum, sed ab eo quem in tuo utero baiolasti; ipsius est enim potestas omnium in saecula saeculorum>.
Ecce autem omnes ad te hodie congregabuntur apostoli, qui nobiles tibi exhibebunt exequias funeris et in eorum conspectu spiritum exhalabis. Nam qui olim prophetam de Iudea in Babilonem in crine attulit subito, ipse procul dubio ad te apostolos adducere poterit in momento. Malignos autem spiritus videre cur metuis, cum caput eius omnino contriveris et spoliaveris ipsum sue imperio potestatis? Fiat tamen voluntas tua ut ipsos non videas>.	
<u>Hiis dictis angelus cum multo lumine celos conscendit, palma autem illa nimia claritate splendebat et erat quidem virge viriditati consimilis, sed folia illius ut stella matutina fulgebant.</u>	<u>Et haec dicens angelus, cum magna claritate discessit. Palma autem illa fulgebat nimia luce; et erat quidem virga illius viriditati consimilis, sed folia illius ut stella matutina radio claritatis fulgebant.</u> Tunc Maria exuens se, induit se melioribus vestimentis. Et

	<p>accipiens palmam illam, quam sumpserat de manu angeli, perrexit in Montem Oliveti praeifulgente sibi luce Spiritus Sancti et coepit orare et dicere : &lt;Gratias tibi ago, omnipotens Domine, qui me dignatus es humilem ancillam tuam eligere et archanum tui mysterii commendare. Non enim (p. 69) digna fueram tantum a te honorari, nisi tu misertus fuisses mei et propitius ancillae tuae; at tamen custodivi thesaurum creditum mihi. Si enim throni et angeli ante te tremunt cotidie, quanto magis homo de terra conditus, cui nihil resedit boni nisi quantum acceperit de tua oia largitione. Tu es enim Deus viviens et regnans cum benedicto Patre et glorioso Spiritu Sancto in una divinitatis substantia trina manente persona qui vivis et regans in saecula saeculorum&gt;. Et haec dicens, reversa est in domum suam.</p>
<p>Factum est autem dum (p. 781) Iohannes in Epheso praedicaret: celum repente intonuit et nubes candida ipsum sustulit ac raptum ante Marie ianuam collacavit. Percutiensque ostium interius introivit et reverenter virgo virginem salutavit.</p>	<p>Cap. 3 Et ecce subito, cum praedicaret sanctus Iohannes in Epheso populum, die dominico, hora diei tertia, caelum repente intonuit et nubes candida cum tonitru fragore descendit, et raptum ante oculos circumstantium sustulit (p. 70) atque hoc ordine elevatus Iohannes in nube a Domino raptus est et depositus ante ostium domus, in qua habitabat Maria. Et ingressus domum, salutavit eam in Domino.</p>
<p>Quem felix Maria conspiciens vehementer obstupuit et pre gaudio lacrimas continere nequivit. Dixitque : &lt;Fili Iohannes, memor esto</p>	<p>Vidensque eum Maria, coepit prae gaudio flere et dicere : &lt;Rogo te, fili Iohannes, memor esto verborum magistri tui</p>

<p>verborum magistri tui quibus me tibi in matrem et te mihi in filium commendavit.</p>	<p>Domini Jesu Christi, quibus me commendavit tibi.</p>
<p>Ecce, a domino evocata debitum humane conditionis exolvo et corpus meum tibi cura sollicita recomendo.          Audivi enim Iudeos inisse consilium dicentes : “Expectemus, viri fratres, quoadusque illa que Ihesum portavit subeat mortem et corpus eius continuo rapiemus ac iniectum ignibus comburemus”.          Tu igitur hanc palmam deferri facies ante feretrum cum corpus meum duxeritis ad sepulcrum&gt;.</p>	<p>Ecce enim vocata ingredior viam universae terrae ; audivi enim consilia Judaeorum dicentium: &lt;Expectemus diem quando moriatur quae portavit Jesum Nazarenum, et corpus eius igne comburamus&gt;. Nunc ergo curam habeto exequiarum mearum&gt;.          Et haec dicens ostendit illi vestimenta sepulturae suae et palmam illam luminis, quam acceperat ab angelo, monens eum ut illam faceret ferri ante feretrum suum cum iret ad monumentum.</p>
<p>Dixitque Iohannes : &lt;O utinam hic essent omnes apostoli fratres mei, ut decentes tibi parare possemus exequias ac exolvere laudes dignas !&gt;</p>	<p>Cap. 4          Tunc dixit ad eam sanctus Iohannes : &lt;Quomodo ego (p. 71) solus possum tibi parare exequias, nisi venerint fratres et coapostoli mei ad reddendum honorem corpusculi tui &gt; ?</p>
<p>Hec illo dicente omnes apostoli de locis in quibus predicabant a nubibus rapiuntur et ante Marie ostium collacantur.</p>	<p>Haec eo dicente omnes apostoli de locis, in quibus praedicebant verbum Domini, elevati in nubibus rapti sunt, et depositi ante ostium domus in qua erat Maria. Inter quos etiam et Paulus erat nuper ex circumcissione conversus, qui assumptus fuerat cum Barnaba in ministerium gentium.</p>
<p>Qui videntes se ibidem insimul congregatos mirabantur dicentes : &lt;Quenam causa est propter quam nos hic dominus insimul congregavit ?&gt;. Iohannes igitur ad eos exiit et dominam de corpore recessuram predixit et addidit dicens : &lt;Videte, fratres, ne cum obierit aliquis eam defleat ne hoc</p>	<p>Et salutantes se invicem apostoli mirabantur dicentes : &lt;Quae nam est causa propter quam nos Dominus hic hodie congregavit in unum ?&gt;          Cumque inter eos esset pia contentio, quis ex eis prior oraret ad Dominum, ut ostenderet illis causam conventus ipsorum, et</p>

<p>videns populus conturbetur et dicat : &lt;Ecce isti quomodo timent mortem qui tamen aliis predicant resurrectionem ! &gt;</p>	<p>Petrus Paulum admoneret ut ipse prior (p. 72) oraret, ille respondit : &lt;Tuum est illud officium inchoare, maxime cum sis columna luminis electus a Deo, et praecedas nos omnes in apostolatu. Nam ego minimus omnium vestrum sum, cui tamquam abortivo visus est Christus. Gratia Dei sum id quod sum, nec me vobis aequare praesumo&gt;.</p>
<p>Dionysius Pauli apostoli discipulus in libro de divinis nominibus hoc idem asserit, apostolos scilicet in dormitione virginis convenisse et se similiter interfuisse ac unumquemque in laudem Christi et virginis fecisse sermonem.</p> <p>Ait enim sic loquens ad Tymotheum: «Nos, ut nosti et ipse, et multi sanctorum nostrorum fratrum convenimus ad visionem corporis vite principis et quod deum suscepit.</p> <p>Aderat autem et frater dei Iacobus (p. 782) et Petrus, summa et provectissima theologorum summitas. Postea visum est post visionem ut universi ierarche laudarent, sicut unusquisque erat sufficiens, infinite virtutis bonitatem theartice infirmitatis». Hec Dionysius.</p>	
<p>Cum autem beata Maria omnes apostolos congregatos vidisset, dominum benedixit et in medio eorum ardentibus lampadibus et lucernis consedit.</p>	<p>Cap. 5 Tunc omnes apostoli gaudentes super humilitate Pauli unanimiter consummaverunt orationem. Cumque dixissent Amen, venit ad eos Johannes apostolus et indicavit illis omnia quaecumque dixerat illi Maria.</p> <p>Introeuntes ergo apostoli Domini, salutaverunt Mariam dicentes : &lt;Benedicta tu a Domino, qui fe-</p>



Circa vero horam noctis tertiam Ihesus advenit cum angelorum ordinibus, patriarcharum cetibus, martyrum agminibus, confessorum acie virginumque choro et anteorum virginis acies ordinantur et dulcia cantica frequentantur.

cit caelum et terram>. Quibus illa respondit: <Benedictio Domini super vos et pax vobiscum in nomine Domini. Nunc ergo, fratres electi a Deo, dicite mihi quomodo huc venistis>.

(p. 73) Tunc omnes apostoli narraverunt ei, quomodo unusquisque de sorte praedicationis suae elevatus in nube in virtute Domini ibidem advenisset.

Tunc ait ad eos Maria: <Benedictus Dominus qui implevit desiderium meum, quin potius non me fraudavit a conspectu vestro, sed permisit me, videre vos corporalibus oculis antequam moriar. Ecce enim viam patrum ingrediar. Deprecor vos, ut omnes unanimiter vigiletis, usque ad horam illam qua Dominus veniat et ego recessura sum de corpore. Nec dubito, quin immo Dominus vos huc adduxerit in solatium ferendum angustiis quae venturae sunt mihi. Ideo rogo, ut breve tempus praesentis vitae quod residuum habeo, una vobiscum in Dei deducam servitio>.

Cap. 6

Cumque consensissent omnes et consolantes eam, triduo (p. 74) in Dei laudibus vacarent, ecce subito tertia die circa horam tertiam sopor irruit super omnes qui erant in domo illa et nullus vigilare potuit nisi soli apostoli et tres tantummodo virgines quibus illa praeceperat obsequium praestare corpusculo suo.

Et ecce subito advenit Dominus Iesus cum magna multitudine angelorum et dixit apostolis: <Pax vobiscum, fratres>. At illi responderunt: <Fiat misericordia



Quales autem exequie ibidem celebrate sint ex predicto libello qui Iohanni ascribitur edocetur.

Nam prior ipse Ihesus inchoavit et dixit: <Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivi speciem tuam>.

Et illa: <Paratum, domine, cor meum, paratum cor meum!>

Tunc omnes qui cum Ihesu venerant dulciter intonant dicentes: «Hec est que nescivit torum in delictis, habebit fructum in refec-tione animarum sanctarum».

Ipsa autem de semetipsa cecinit dicens: «Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius».

Tunc cantor cantorum omnibus excellentius intonavit: «Veni de Libano, sponsa, veni de Libano, veni, coronaberis». Et illa: <Ecce, venio, quia in capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam, deus, quia exultavit spiritus meus in te deo salutari meo».

Sicque Marie anima de corpore egreditur et in ulnas filii advolvit. Fuitque tam a dolore carnis extranea quam a corruptione extiterat aliena.

tua, Domine, super nos, sicut speravimus in te>.

Cap. 7

Tunc Maria prostravit se in pavimento et coepit orare Dominum dicens: <Memor esto mei, rex gloriae, cuius nomen sanctum et laudabile cum Patre et Sancto Paraclito in una permanet dignitate. Deprecor te, ut audias vocem ancilliae tuae, ut nulla potestas Satanae occurrat mihi et ne videam tetros spiritus obviantes mihi, neque conspiciam principem tenebrarum>.

(p. 75) Cui Salvator respondit: < Dum ego a Patre missus pro totius saeculi vita acerbae mortis sustinerem supplicia, ad me princeps tenebrarum venit: sed cum nullum sui operis vestigium in me invenisset, victus abscessit. Tu igitur videbis eum quidem communi lege humani generis, per quam sortita es finem mortis; non autem nocere poterit tibi, quia ego tecum sum, ut adiuvem te. Ascende igitur super stratum lectuli tui et comple debitum terminum vitae iuxta legem Adae.

Veni igitur, ne timeas, pretiosissima margarita mea, veni, proxima mea, intra in receptaculum vitae aeternae, expectant te enim caelestes militae, ut introducant te in paradisi gaudia>.

Et haec dicente Domino, accubens Maria super lectum suum, et gratias agens Domino, emisit spiritum. (p. 76) Viderunt autem apostoli animam eius tanti candoris esse, ut nulla mortalium lingua digne possit effari: vicenbat enim omnem candorem nivis et

	<p>universa metalla argenti radians magni luminis claritate.</p>
<p>Dixitque apostolis dominus: «Corpus virginis matris in vallem Iosaphat deferte et in monumento novo quod ibidem inuenietis (p. 783) illud recondite et me ibidem triduo donec: ad vos redeam expectate».</p> <p>Statimque circumdederunt eam flores rosarum rosei, scilicet ce- tus martyrum, et lilia convallium, agmina scilicet angelorum, confes- sororum et virginum.</p> <p>Post eam apostoli clamitant dicentes: «Virgo prudentissima, quod progredieris? Esto nostri memor, o domina».</p>	<p>Cap. 8</p> <p>Tunc Salvator commendavit ani- mam sanctae Mariae Michaeli ar- changelo, qui erat custos paradisi et princeps gentis Hebraeorum.</p> <p>Et dixit apostolis: &lt;Petre, serva corpus Mariae et deferentes illus in dexteram partem civitatis ad orientem, inuenietis ibi monu- mentum novum, in quo nondum quisquam positus fuit, et sepe- lientes eam ibidem, expectate me triduo, donec revertar ad vos&gt;.</p> <p>Et haec dicens Dominus, cum anima Genitricis suae et angelis sanctis in magna claritate discessit. Et ibant angeli in magna exulta- tione magnas laudes Domino concinentes.</p>
<p>Tunc ad concentum angelorum ascendentium cetus qui remanserant admirati concite obviam processerunt videntesque regem suum femine animam in ulnis propriis baiulantem illamque super illum innixam obstupefacti clamare ceperunt dicentes: «Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum?»</p> <p>Quibus comitantes dixerunt: «Ista est speciosa inter filias Iherusalem, sicut vidistis eam plenam caritate et dilectione».</p> <p>Sic in celum gaudens suscipitur et a dextris filii in throno glorie collo- catur. Apostoli autem viderunt eius animam tanti esse candoris ut nulla mortalium lingua posset effari.</p>	
<p>Tres autem virgines que ibidem erant cum corpus eius lavandi</p>	<p>Cap.9 (p. 77) Tres autem virgines quae</p>

gratia expoliassent, tanta statim corpus claritate resplenduit ut tangi quidem ad lavandum posset, videri autem non posset. Tamdiu autem lux illa ibidem resplenduit, donec corpus a virginibus lotum fuit.

Apostoli autem corpus eius reverenter ceperunt et super feretrum posuerunt.  
Dixitque Iohannes Petro: «Hanc palmam ante feretrum, Petre, portabis quia dominus nobis te pretulit et suarum ovium pastorem et principem ordinavit».

Cui Petrus: «Hanc potius portare te convenit, quia virgo a domino es electus et dignum est ut palmam virginis virgo ferat. Tu insuper pectus domini recumbere meruisti et exinde sapientie ac gratie plus ceteris fluente potasti, et iustum videtur ut qui a filio recepisti plus muneris, impendas virgini plus honoris. Tu igitur portare debes (p. 784) hanc palmam luminis ad exequias sanctitatis, qui potatus es poculo lucis de fonte perpetue claritatis. Ego autem portabo cum feretro sanctum corpus, ceteri autem apostoli fratres nostri circumdan-

ibidem erant susceperunt corpus beatae Mariae, ut lavarent illud more funereo.

Cumque eam expoliare cepissent, subito sanctum corpus tanta claritate resplenduit, ut tangi quidem posset pro obsequio, videri autem prae nimia luce coruscante non posset, nisi tantummodo sentiebatur corpus dum lavaretur mundissimum et nulla humana sorde infectum.

Cumque eam induissent vestimentis mortalibus, subito lux illa quae emissa fuerat abstracta recessit. Et erat facies beatae Mariae similis flori lilii, et odor suavitatis magnae egrediebatur ex ea.

Cap. 10  
Sanctum igitur corpus venientes apostoli imposuerunt feretro.  
(p. 78) Dixitque Iohannes ad Petrum : <Te concedet palmam hanc portare et praecedere nos, qui meruisti nos omnes merito fidei in apostolatu praecedere>.

Cui Petrus ita respondit : <Tu solus ex nobis virgo electus a Domino, tantam gratiam meruisti, ut super pectus eius in cena recumberes. Et dum ipse pro salute nostra in crucis stipite penderet, hanc tibi ore proprio commendavit. Tu igitur portare debes hanc palmam luminis ad exequias sanctitatis, qui potatus es poculo lucis de fonte perpetuae claritatis. Et ego portabo sanctum corpus cum feretro, ceteri vero fratres et coapostoli nostri circumdantes feretrum laudes referant Domino>.

<p>tes feretrum referant laudes deo». Paulus autem dixit ei: «Et ego qui minimus omnium vestrum sum portabo tecum». Elevantes itaque Petrus et Paulus feretrum, Petrus incepit cantare ac dicere: «Exiit Israel de Egipto, alleluia»; ceteri autem apostoli cantus dulciter prosequuntur.</p>	<p>Cui Petrus ait: &lt;Et ego, qui iunior sum omnium vestrum, portabo tecum&gt;. (p. 79) Cumque ita placuisset omnibus, elevans Petrus a capite feretrum coepit cantare et dicere: &lt;Exiit Israel de Aegypto, alleluia&gt;. Portabat autem cum eo et Paulus ad pedes illius, ceteri vero apostoli laudes circa feretrum Domino referebant.</p>
<p>Dominus autem feretrum et apostolos nube protexit ita quod ipsi non videbantur, sed tantum eorum vox audiebatur. Affuerunt et angeli cum apostolis concinentes et terram totam sonitu mire suavitatis replentes.</p>	<p>Cap. 11 Ed ecce novo miraculo apparuit corona nubis super feretrum magna valde, sicut apparere solet magnus circulus iuxta splendorem lunae; et anglorum exercitus erat in eo canticum suavitatis emittens. Canentibus ergo apostolis et concinentibus angelis ut decebat ad exequias dominicae Genitricis, replebatur terra sonitu mirae dulcedinis.</p>
<p>Excitati omnes ad tam dulcem melodiam de civitate velocius exeunt et quidnam hoc sit diligentius sciscitantur. Tunc exiit qui diceret: «Mariam illam discipuli Ihesu efferunt mortuam et circa illam hanc quam auditis concinunt melodiam». Tunc omnes ad arma concurrunt et se mutuo hortantur dicentes: «Venite, omnes discipulos occidamus ac corpus illud quod seductorem illum portavit ignibus comburamus». Princeps autem sacerdotum hoc videns obstupuit et ira repletus ait: «Ecce tabernaculum illius qui nos et genus nostrum conturbavit qualem gloriam nunc accepit!».</p>	<p>Quod cum audissent principes sacerdotum, exierunt cum populo multo de civitate dicentes: &lt;Quid nam est sonitus tantae suavitatis&gt;? Tunc exiit qui diceret: &lt;Maria exiit modo de corpore, et discipuli Jesu circa eam laudes dicunt&gt;. (p. 80) Cumque vidissent princeps sacerdotum Judaeorum, qui erat pontifex anni illius in ordine suo, lectum coronatum et discipulos Domini circa feretrum cum exultatione canentes, repletus furore et ira, dixit: &lt;Ecce, tabernaculum illius qui nos turbavit et omne genus nostrum, qualem gloriam accipit?&gt;.</p>
<p>Et hoc dicens manus ad lectum misit volens illum evertere ac ad</p>	<p>Et haec dicens, voluit evertere lectum et ad terram deducere.</p>

terram deducere. Tunc manus eius ambe subito aruerunt et lectulo adhererunt ita ut ad lectulum manibus penderet et nimio cruciatu vexatus lamentabiliter eiularet. Reliquus autem populus ab angelis qui erant in nubibus cecitate percussus est.

Princeps autem sacerdotum clamabat dicens: «Sancte Petre, in hac tribulatione me non despicias, sed pro me, obsecro, ad dominum preces fundas. Memor enim esse debes qualiter aliquando tibi astiti et qualiter (p. 785) te accusante ancilla ostiaria excusavi».

Cui Petrus: <In obsequiis domine nostre impediti sumus et curationi tue modo intendere non valemus; verumptamen si in dominum Ihesum et in hanc que ipsum portavit credideris, spero quod continuo sanitatis beneficio poteris>.

Et statim aruerunt ambae manus eius ad ipsis cubitis et adhaeserunt feretro.

Portantibus ergo apostolis feretrum, pars eius pendebat et pars adhaerebat lecto, et torquebatur supplicio vehementi ambulantis apostolis cum exultatione et laudem canentibus Domino.

Angeli qui erant in nubibus percusserunt populum caecitate qui egressus fuerat a civitate.

Cap. 12

Tunc princeps sacerdotum qui adhaerebat feretro coepit clamare et dicere: <Deprecor te, sanctae Petre, ne (p. 81) despicias me in tanta necessitate. Memento quando ancilla ostiaria calumniabatur tibi, ego locutus sum pro te bona. Sed nunc quaeso te, ut miserearis mei per Dominum>.

Tunc Petrus ait ad eum: <Nobis mundana vicissitudo non imminet, sed si credis in Deum et in eum, quem ista portavit, Jesum Christum Dominum nostrum, solventur a feretro manus tuae>. Cui ille respondit: <Numquid non credimus? Sed quid faciemus? Quia inimicus humani generis excaecavit corda nostra, ut non confiteamur magnalia Dei, maxime cum ipsi nos malediximus contra Christum clamantes: <Sanguis eius super nos et super filios nostros>. Et macula tanti sceleris adhaeret nobis>.

Cui Petrus respondit: <Illis haec meledictio nocebit, qui infideles perstiterint, convertentibus autem ad Dominum misericordia non negabitur>.

Qui respondit: <Credo dominum Ihesum verum esse filium dei et hanc sacratissimam matrem eius>. Statimque a feretro manus eius solute sunt, sed tamen in brachiis adhuc et ariditas remanserat et dolor vehemens non recesserat.

Dixitque ei Petrus: <Osculare lectum et dic: “Credo in dominum Ihesum Christum, quem ista in utero portavit et post partum virgo permansit”>. Quod cum fecisset, continuo pristinae redditus est sanitati.

Dixitque ei Petrus: <Accipe hanc palmam de manu fratris nostri Iohannis et pones eam super populum excecatum et quicumque credere voluerit recipiet visum; qui autem credere noluerit videre non poterit in eternum>. Mariam autem portantem apostoli in monumento posuerunt et iuxta illud ut dominus iusserat conederunt.

### Cap. 13

(p. 82) Cumque Petrus fecisset stare feretrum, dixit princeps sacerdotum: <Credo in Dei filium, quem ista portavit in utero, Iesum Christum Dominum nostrum>. Statimque solutae sunt manus eius a feretro; et erant brachia eius arida, et non discesserat ab eo supplicium.

Tunc Petrus dixit ad eum: <Accedens ad corpus, osculare lectum et dic: “Credo in Dei filium Iesum Christum Dominum nostrum, quem ista portavit in utero et virgo permansit post partum”>.

Cumque fecisset ita, statim redditus est sanitati. Et coepit magnifice Deum collaudare et de libris Veteris Testamenti Mariae testimonium reddere, quod ipsa sit templum Dei, ita ut etiam apostoli admirantes flerent praegera gaudio.

### Cap. 14

Tunc dixit ad eum Petrus: <Accipe hanc palmam de (p. 83) manu fratris nostri Iohannis, et ingrediens civitatem, invenes populum multum caecatum, et pones palmam super oculos eorum. Quicumque voluerint credere, recipient visum; qui autem infideles perstiterint, morientur>.

Cumque fecisset ita, invenit populum multum plangentem et dicentem: <Vae nobis, quia similes facti sumus Sodomitis caecitate percussi>.

Cum ergo audissent verba principis sacerdotum narrantis magna gloria Dei, crediderunt et receperunt visum. Quinque tantum ex eis permanentes in duritia cordis mortui sunt. Princeps autem

Tertia autem die veniens Ihesus cum multitudine angelorum ipsos salutavit dicens: <Pax vobis>. Qui responderunt: <Gloria tibi deus, qui facis mirabilia magna solus>.

Et dixit apostolis dominus: <Quid gratie et honoris vobis videtur ut mee nunc conferam genitrici ?>. Et illi : <Iustum videtur, domine, servis tuis ut sicut tu devicta morte regnas in secula, sic tue resuscites matris corpusculum et a dextris tuis colloques in eternum>.

sacerdotum retulit palmam ad apostolos narrans eius omnia quae facta fuerant.

#### Cap. 15

At illi portantes Mariam, venerunt ad locum monumenti, sicut praeceperat eis Dominus, et posuerunt eam in (p. 84) monumento et clausurunt lapide. Ipsi vero sederunt ante ostium monumenti, sicut mandevertat Dominus.

Et ecce tertia die circa horam ddiei tertiam venit Dominus Jesus cum multitudine angelorum et salutans apostolos, ait: <Pax vobis>. At illi adorantes dixerunt: <Gloria tibi, Deus, qui facis mirabilia magna solus>.

Tunc Salvator dixit eis : <Antequam ego missus a Patre passionis sacramenta complem, cum adhuc corporaliter conversarer vobiscum, pollicitus sum vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hanc ergo ex una tribu Israel elegit iussio Patris mei, ut sumerem carnem ex ea. Propter quod sanctificavi illam mihi templum inviolabile castitatis, ut virgo ante partum et virgo post partum permaneret. Ecce iam debito naturae completo, quid nunc vultis, ut faciam ei ?

(p. 85) Respondes autem Petrus et apostoli, dixerunt : <Domine, tu elegisti vasculum istud in tabernaculum mundissimum tibi, omnia autem ante saecula praescisti. Si ergo potuisset fieri ante decretum tuae potentiae, visum fuerat

	<p>nobis famulis tuis, ut, sicut tu devicta morte regnas in gloria, ita resuscitans matris corpusculum, tecum eam deduceres laetantem in caelum&gt;.</p>
<p>Quo annuente Michael angelus continuo affuit et Marie animam coram domino presentavit.</p>	<p>Cap. 16 Dixitque apostolis Dominus: &lt;Fiat iuxta vestram sententiam&gt;. Statimque iubente Domino accedens Michael archangelus, praesentavit animam sanctae Mariae coram Domino.</p>
<p>Tunc salvator locutus est dicens: «Surge proxima mea, columba mea, tabernaculum glorie, vasculum vite, templum celeste ut, sicut per coitum labem non sensisti criminis, sic in sepulcro solutionem corporis minime patiaris.</p>	<p>Tunc Salvator locutus est dicens: &lt;Surge, proxima mea, (p. 86) columba mea, tabernaculum gloriae, vasculum vitae, templum caeleste, et dum non sensisti labem delicti per coitum, non patiaris resolutionem corporis in sepulcro&gt;.</p>
<p>(p. 786) Statimque anima ad Marie accessit corpusculum et de tumulo prodiit gloriosum; sicque ad ethereum assumitur thalamum comitante secum multitudine angelorum.</p>	<p>Protinus surrexit Maria de tumulto et advoluta pedibus Domini, coepit glorificare Deum et dicere: &lt;Non ego condignas gratias possum rependere tibi, omnipotens Domine, quem totus mundus plene non praevalet laudare; at tamen sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum et superexaltatum cum Patre et Spiritu Sancto in saecula&gt;.</p>
	<p>Cap. 17 Elevans eam Dominus osculatus est eam, tradidit eam Michaeli archangelo, et elevata est coram Domino in nube cum angelis. (p. 87) Et dixit apostolis Dominus: &lt;Accedite ad me in nube&gt;. Et cum accessissent, osculatus est eos dicens: &lt;Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quoniam ego vobiscum</p>



	<p>sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi&gt;.          Et haec dicens Dominus, cum canentibus angelis et matre sua receptus est in paradiso.          Apostoli autem in virtute Christi rapti in nubibus, depositi sunt unusquisque in sorte praedicationis suae, narrantes et confitentes magnalia Dei, qui in Trinitate perfecta et una deitatis substantia vivit, dominatur et regnat in saecula saeculorum. Amen».</p>
<p>Thomas autem cum abesset et rediens credere recusaret, subito zonam qua corpus eius precinctum fuerat ab aere recepit illesam ut vel sic intelligeret totaliter fuisse assumpta.          Hoc autem totum quod predictum est illud apocryphum, de quo ait Ieronimus in epistola sive sermone ad Paulam et Eustochium, esse videtur».</p>	

#### 4.1. Podobieństwa

Ogólny plan opowiadania asumpcjonistycznego, przekazanego przez *Złotą legendę*, pokrywa się z planem *Transitus Mariae* Pseudo-Melitona z Sardes. W obydwu tekstach odnajdujemy te same epizody: objawienie się anioła, zapowiedź przejścia do nieba, wręczenie gałązki palmowej, cudowne przybycie św. Jana wraz z pozostałymi apostołami, przybycie Chrystusa, śmierć Maryi, Jej pogrzeb, któremu przewodniczą apostołowie Piotr i Paweł, próba zbeszczeszczenia ciała Maryi oraz ukarania żydowskiego kapłana, wyznanie Bóstwa Chrystusa oraz cudowne uzdrowienie kapłana, złożenie ciała Maryi do grobu, ponowne przybycie Chrystusa i objawienie apostołom Jego zamiaru, zmartwychwstanie Maryi i Jej wniebowzięcie. Niniejszy schemat jest wspólny dla obu opowiadań.

Ponadto obydwie teksty zawierają pewne podobne zdania i wyrażenia. Ich porównanie pozwala stwierdzić, że tekst przekazany nam przez *Złotą legendę* stanowi opracowanie *Transitus Mariae B2*. Anonimowy redaktor, mając przed oczyma *Transitus* Pseudo-Melitona, dokonał licz-

nych abrewiacji, usuwając pewne fragmenty tekstu, redukując niektóre jego opisy. Dlatego należy uznać *Transitus Mariae* B2 Pseudo-Melitona z Sardes jako jedno z głównych źródeł dla opowiadania zawartego w *Legenda aurea*.

## 4.2. Różnice

Analizowane opowiadania ukazują również pewne różnice tekstualne. Opowiadanie przytoczone przez *Złotą legendę* zawiera fragment *De divinis nominibus* Pseudo-Dionizego Areopagity, podczas gdy w *Transitus* Pseudo-Melitona tekst ów jest nieznan. Kolejną różnicę ujawnia epizod ze spóźnionym przybyciem św. Tomasza. Również ten fragment jest nieobecny w *Transitus* Pseudo-Melitona. Różnice dotyczą też geografii miejsc. O ile *Transitus Mariae* wspomina, że grób Maryi znajdował się po prawej stronie miasta w kierunku wschodnim, o tyle *Legenda aurea* sytuuje go w dolinie Jozafata. Według *Transitus* orszakowi pogrzebowemu przewodniczył apostoł Piotr, natomiast według opowiadania zawartego w *Złotej legendzie* pogrzeb był prowadzony przez apostołów Piotra i Pawła. W opowiadaniu Pseudo-Melitona Chrystus zstępuje z nieba otoczony zastępami aniołów, natomiast według *Legenda aurea*, Jezus objawia się otoczony wszystkimi mieszkańcami niebios, wśród których, oprócz aniołów, są wymienieni męczennicy, wyznawcy oraz dziewice. Ponadto opowiadanie zawarte w dziele Jakuba z Varazze wyróżnia się częstymi odniesieniami do tekstu *Pieśni nad Pieśniami* oraz do niektórych fragmentów liturgicznych.

Zestawiając podobieństwa i różnice charakteryzujące obydwie opowiadania, należy stwierdzić, że dostrzeżone różnice nie pozwalają nam na uznanie tekstu asumpcjonistycznego, przekazanego nam przez *Legenda aurea* oraz przez *Ms. ambros. L 58 Sup.* jako wariantu *Transitus Mariae* Pseudo-Melitona z Sardes. Historia ukazana przez obydwie wymienione dokumenty wydaje się być nowym, odrębnym apokryfem. Podobną opinię wyraża A. Wenger, zdaniem którego opowiadanie asumpcjonistyczne zamieszczone w pierwszej części rozdziału 115 *Złotej legendy* jest apokryfem powiązaniem z *Transitus* Pseudo-Melitona, lecz jednocześnie różnym od niego<sup>34</sup>.

---

<sup>34</sup> A. WENGER, *L'Assomption de la T.S. Vierge...*, 183-184.

## 5. Hipoteza Barbary Fleith

Asumpcjonistyczne opowiadanie, przekazane nam przez *Legenda aurea*, było również obiektem badań B. Fleith. Jej zdaniem, pierwsza część interesującego nas opowiadania miałaby być zredagowana przez Jakuba z Varazze. Dominikanin, kompilując tekst opowiadania, wykorzystałby różne źródła, wśród których zostały wymienione *Transitus Pseudo-Melitona B2*, pewne fragmenty *Transitus Pseudo-Józefa z Arymatei* oraz fragmenty, wśród których znajdują się dwa o charakterze liturgicznym<sup>35</sup>. Uczona wykluczyła z opowiadania apokryficzny epizod z przybyciem Tomasza Apostoła, który należałby do drugiej części rozdziału 115 *Złotej legendy*<sup>36</sup>.

Zdaniem Fleith, pewne elementy zawarte w drugiej części rozdziału 115 (przybycie Tomasza oraz fragmenty liturgiczne) mogą zależeć od opowiadania asumpcjnistycznego zawartego w *Liber epilogorum* Bartłomieja z Trydentu<sup>37</sup>.

Spróbujmy zestawić dwa opowiadania asumpcjnistyczne przekazane nam przez *Legenda aurea* Jakuba z Varazze z opowiadaniem zawartym w *Liber epilogorum* Bartłomieja z Trydentu.

## 6. Porównanie opowiadań asumpcjnistycznych zawartych w *Legenda aurea* i w *Liber epilogorum*

*De Assumptione Beatae Virginis Marie*, w: JACOBUS A VORAGINE, *Legenda aurea*, Firenze 1998, vol. II, pp. 781-786.

„(p. 781) Dionysius Pauli apostoli discipulus in libro de divinis nominibus hoc idem asserit, apostolos scilicet in dormitione virginis convenisse et se similiter interfuisse ac unumquemque in laudem Christi et virginis fecisse sermonem. Ait enim sic loquens

